

☉ Solis semidiametrum 15, Lunæ 16, umbræ 43, ut Tycho. Ex quibus sequitur angulus dimidii coni Umbræ 16 38, major semidiametro Solis, cum debuisset esse minor.

	In Perigeo.	In Apogeo.
A Keplero in Ephemerid.	1736	1800
In Epit. Astronomiæ verò	3327	3469
Et ex Parallaxi in Rudolph.		3438

Kepleri quoque hypotheses, non probas deprehendit Lansbergius, quia Keplerus facit semidiametrum umbræ in transitu Lunæ apogææ 44-22, putatque hanc veriorē esse eā quàm Tycho ex Eclipsibus Lunæ demonstravit 43. sed fallitur, inquit Lansbergius, ☉ asserit semidiametrum umbræ in transitu Lunæ apogææ adhuc majorem esse Tychonicā. Porro arguit Ricciolus Keplerum inconstantia in dimensione Solis, dum in lib. de nova stella cap. 16, tribuat Solis distantia 1432 semidiametros Terræ: in Ephemeridibus tamen pag. 2. semidiam. 1800, Vacillat ideoque in parallaxi Solis Horizontali constituenda, quia ibidem ait se illam statuere Tychonica minorem besse; Est autem Tychonica Sole Apogæo 3-7, ergò demptā besse, remanet parallaxis 1-2; si verò Solis distantia est semidiametrorum 1800, erit parallaxis 1-55; Et in præfat. ad Ephemeridem anni 1619, inquit, se ex Martis parallaxium exilitate ☉ harmonicis intervallis, confirmari, parallaxin Solis non esse majorem 1-0, quā positā evincitur Solis distantia semidiam. Terræ 3438.

A Galilæo	1208	1208
A Lansbergio	1446	1550
A Bullialdo	1433	1485
A Wendelino	14407	14905
A Schyrlæo	1927	2073
A Ricciolo	7000	7600
A Langreno	3420	3420
A Nobis, per cap. 9. lib. 6.	2644	2644

CAPUT XXIV.

De Solis Magnitudine.

Sol major est Terra secundum:	Ptolemæum (cui adstipulantur Maurolicus Clavius, Barocius, &c.)	166	vicibus.
	Albategnium	186	
	Copernicum	334. 162	
	Tychonem	140	
	Longomontanum	196	
	Keplerum	3375	
	Lansbergium	434	
	Bullialdum	343	
	Wendelinum	262144	
	Schyrlæum	1000	
	Ricciolum	38600	
Nos, per cap. 9. lib. 6.	1521		